



## CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei  
memoriam.



**A**LIAS Nos per nostras sub  
plumbo expeditas Lite-  
ras, nempè IV. Kalen-  
das Februarij, anno  
Incarnationis Dominicae  
M. DCC. XXXIV. Pontificatus nostri  
anno quinto, ad compescenda, & coer-  
cenda, atque ab hac Alma Urbe, to-  
taque in temporalis S. R. E. ditione  
penitus avertenda, & eliminanda ho-  
miciidia, quæ à viris sanguinum Divi-  
ni, Humanique Juris oblitis, incre-  
dibili cum immanitate in dies magis,  
magisque increbescente sapissimè pa-  
trari non sine gravissimo paterni ani-  
mi nostri dolore, ac merore inaudi-  
veramus, constitutionem, quæ inci-  
pit: = In supremo justitiæ Solio: =  
Promulgavimus; in qua, postquam om-  
nes, & singulas constitutiones à fr. rec.  
Pio II. Paulo II. Sixto IV. Julio II.  
Leone X. Julio III. Pio IV. Pio V.  
Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV.  
Clemente VIII. Innocentio XI. Inno-  
centio XII. ac Benedicto XIII. & qui-  
busvis alijs Romanis Pontificibus præ-  
decessoribus nostris adversus homicidas  
saluberrimè editas approbavimus, con-  
firmavimus, & innovavimus, illasque  
adversus quemcumque non usum, seu  
contrarium usum, qui quovis modo  
præ-

## CLEMENTE PAPA XII.

Para perpetua memoria de lo  
aqui contenido.



**P**OR otras nuestras Letras  
selladas con sello de plo-  
mo, de fecha de 29. de  
Enero, año de la Encar-  
nacion de el Señor de  
1734. y el quinto de  
nuestro Pontificado, expeditas para re-  
primir, contener, ahuyentar, y extermin-  
ar totalmente de esta Sacra Ciudad, y  
de todos los Dominios temporales de  
la Santa Iglesia de Roma los homici-  
dios, que no sin gravissimo dolor, y  
sentimiento de nuestro paternal amor,  
avia llegado à nuestros oídos come-  
rian frequentissimamente algunos hom-  
bres sanguinarios, olvidados del De-  
recho Divino, y Humano, con in-  
creible crueldad, que cada dia cre-  
cia mas, y mas, promulgamos la Con-  
stitucion, que empieza: = In supre-  
mo justitiæ Solio: = En la qual ( despues  
de aver aprobado, confirmado, y  
renovado todas, y cada una de las  
Constituciones utilissimamente publi-  
cadas contra los homicidas por los  
Romanos Pontifices de feliz recor-  
dacion, Pio II. Paulo II. Sixto IV.  
Julio II. Leon X. Julio III. Pio IV.  
Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Gre-  
gorio XIV. Clemente VIII. Inocen-  
cio XI. Inocencio XII. Benedicto XIII.  
y otros qualesquiera Predecessores nues-  
tros las quales plenariamente reinte-  
gramos, y restituimos en ella à su  
antigua fuerza, y vigor, contra qual-  
quie-

2  
pretendi, vel allegari potuisset; restituumus, & plenarie reintegravimus, atque deinceps omnino, & inviolabiliter observari precepimus, ac mandavimus; inter cetera in eadem constitutione contenta hac prescripta erant tenoris, qui sequitur: & quoniam experimento compertum est, administrationem, ac cursum recta, & expedite justitia, qua Reipublica salus precipue innititur, summopere obturvari, vel ab excessivo numero Privilegiatorum vulgariter Patentati Numcupatorum, vel à minus recta intelligentia privilegiorum concessorum: proinde, salvis, firmisque remanentibus Decretis, ac resolutionibus, qua temporibus fel. pariter rec. Urbani Papa VIII. & dictorum Innocentij XI. ac Innocentij XII. predecessorum, aut aliis quodcumque ea super re emanarunt, volumus, quod Privilegium Fori nemini quorumcumque Privilegiatorum hujusmodi, tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico predictis (Officialibus, aliisque Privilegiatis à Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hereticam pravitatem Generalium Inquisitorum, ac Ministris necessarijs actu inservientibus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinariis prefatis, eorumque Curijs dumtaxat exceptis) pro crimine homicidij suffragetur; sed dicti Privilegiati, quatenus Clericali character insigniti, Ecclesiastica, & quatenus Laici fuerint, Seculari jurisdictioni subjaceant: reservantes Nobis facultatem declarandi quinam, quotque esse debeant veri Familiares dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinariorum, ac Officiales necessarij Curijs Ecclesiasticis verum, & actuale servitium prestantes. Insuper, quia ex illis itiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique alijs irreprehensibilis, & ab omni culpa, & macula immunis vite, ac virtutum exemplo preluere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suae vocationis immores, ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam homicidijs manu

quiera no uso, ò contrario uso, que de qualquier modo pudiera averse pretendido, ò alegado, ordenando, y mandando, que en adelante se observen absoluta, è inviolablemente) entre lo demás contenido en la misma Constitución, avia las clausulas del tenor siguiente: = Y por quanto ha enseñado la experiencia, que se perturba sumamente la administracion, y curso de la recta, y pronta justicia, en que principalmente estriba el bien de la Republica, ò por el excessivo numero de los Privilegiados, que vulgarmente llaman Patentados, ò por la menos arreglada inteligencia de los Privilegios concedidos: Por tanto, dexando en su estabilidad, y firmeza los Decretos, y Resoluciones, que en los tiempos de Urbano Papa VIII. y de los referidos Innocencio XI. è Innocencio XII. predecesores (de feliz recordacion) ò en otro qualquiera, se huviesen expedido sobre este asunto, queremos, que à ninguno de semejantes Privilegiados, asì dentro de la Ciudad de Roma, como en lo restante de los sobredichos Estados de la Iglesia (à excepcion solamente de los Oficiales, y otros Privilegiados por la Congregacion de Cardenales de la misma Santa Romana Iglesia, Inquisidores Generales contra la heretica perfidia, que por tiempo fuesen, y de los Familiares necesarios, que estuviesen en actual servicio de los Arzobispos, Obispos, y Ordinarios referidos, y Ministros de sus Tribunales) les valga, ni suffrague el Privilegio de el Fuero en el crimen, y causa de homicidio, sino que los tales Privilegiados esten sujetos respectivamente, los que tuvieren Orden Clerical, à la jurisdiccion Ecclesiastica, y los Legos à la Seglar, reservandonos la facultad de declarar quales, y quantos devan ser los verdaderos Familiares de los dichos Arzobispos, Obispos, y Ordinarios, y los Oficiales necesarios para el actual, y verdadero servicio de los Tribunales Ecclesiasticos. = Mas, porque tambien de los destinados à la Iglesia, que por esta razon devieran servir de edificacion à los demás, con el exemplo de una vida inculpable, y santas costumbres, se encuentran à veces algunos de tal suerte olvidados de su caracter, que, instigados del enemigo comun, no se horrorizan de en-

suas cruentare non perhorrescant: Nos perversorum quorumcumque malitia obviandum esse, non indulgendum, probe intelligentes, ad istorum quoque frenandam perversitatem, perpetuo itidem statuimus, quod Clericus prima Tonsura nullum Beneficium Ecclesiasticum obtinens, tametsi condiciones Clericis hujusmodi à Concilio Tridentino prescriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidijs animo deliberato, & premeditato per eum patris, Privilegio Fori, & Canonis, in odium tanti excessus, & ad aliorum terrorem, exuatur, & uti incorrigibilis omnino Seculari potestati subjiciatur, ab ea tanquam Laicus legitimis poenis plectendus: Clericus quoque in Minoribus Ordinibus constitutus, nec pariter Beneficiatus, nec prescripta à Concilio Tridentino servans, tam celebs, quam conjugatus in causis homicidij dicto Privilegio Fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, nec à proprio Episcopo, seu Ordinario repeti, minusque Habitum Clericalem, quem indignè abjecit, reassumere possit, nisi post totaliter expiatam admisi delicti poenam. Declaratio autem, an Reus ante patratum homicidium requisita à Concilio Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliumve Loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim delinquentis assecuratione facienda etiam per Judicem Laicum nomine Ecclesie, qui illum pariter Ecclesia nomine ad illius dispositionem retinere possit, ac debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria Juris Canonici, & Apostolicarum Constitutionum dispositione, se interpretatione, necnon consuetudine haud refragante. Porro cum idem Benedictus Predecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbrescere, nec minus quam alia facinora in celebri Constitutione dicti Gregorij XIV. etiam Predecessoris que incipit. = Cum alijs = Recensita publica quieti officere, pro commissi sibi Apostolici Officij debito per pra-

3  
sangrentar sus manos con muchos homicidios: Nos, entendiendo justamente, que se deve atajar, y no consentir la malicia de qualesquiera hombres malvados, para refrenar perpetuamente la perversidad, y osadia de los sobredichos: = Establecemos asimismo, que el Clerigo de primera Tonsura, que no tiene Beneficio alguno Ecclesiastico, aunque aya observado, y observe las condiciones, que prescribe el Santo Concilio Tridentino à semejantes Clerigos, no obstante, llegando à cometer dos homicidios con animo deliberado, y premeditado, quede desde luego despojado del Privilegio del Fuero, y del Canon, en odio, y detestacion de tanto exceso, y para miedo, y escarmiento de otros, por del todo incorregible, se entregue, y sujete al Brazo Seglar, para que sea castigado como Lego con las penas correspondientes, y legitimas: = De la misma suerte el Clerigo de Menores, que igualmente no tiene Beneficio, ni observa lo prevenido por el Concilio Tridentino, sea soltero, ò casado, tampoco goce, en las causas de homicidio, del dicho Privilegio de el Fuero, antes quede privado de el, de suerte, que ni el proprio Obispo, ni Ordinario pueda defenderle, ò pedirle, ni menos bolver à usar el de el Habito Clerical, que abandonò indignamente, si no es que sea despues de aver satisfecho, y cumplido enteramente la pena de su delito: = Pero la declaracion de si el Reo antes de aver hecho el homicidio observò, ò no las condiciones, que requiere el Concilio Tridentino, pertenecerà en el todo al Obispo, ò otro Ordinario del Lugar, sin que por esso se retarde asegurar entre tanto al delincente, lo que se ha de hacer tambien por el Juez Lego, en nombre de la Iglesia, à cuya disposicion podrá, y deverà referirle hasta que se haga la expresada declaracion; y esto no obstante qualquiera otra diversa, ò contraria disposicion, interpretacion, y costumbre del Derecho Canonico, y Constituciones Apostolicas. = Y como el mismo Benedicto XIII. nuestro Predecessor, advirtiendo, que semejantes homicidios se frequentavan tambien en su tiempo, y no perturbavan menos la quietud publica, que los otros delitos relacionados en la celebre Constitu-

dictam suam anno Incarnationis Dominicae M. DCC. XXV. sexto Idus Junij cui initium est. = Ex quo Divina. = Evulgatam constitutionem Laicos animo premeditato, ac deliberato proximum suum interficientes, ab Ecclesiastica immunitatis beneficio excluderit, & repulerit, ac pro exclusis atque repulsis haberi voluerit: Nos obgliscentem in dies quorundam Ecclesiasticorum nequitiam, qui, nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium, detestandumque crimen prolabuntur, ipsorum Gregorij, & Benedicti praedecessorum constitutionibus; quas supra confirmavimus, atque innovavimus, inherentes, & quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum Reos, immunitate Ecclesiastica nequaquam juxuri, iterum decernentes, eandem Benedicti praedecessoris constitutionem Laicos animo premeditato, ac deliberato proximum suum, sicut premittitur, interficientes, à beneficio immunitatis Ecclesiasticae excludentem, ad ipsos Ecclesiasticos cujuscumque gradus, & Ordinis existant in Urbe, ac in universa ditione Nobis, & Sedi Apostolicae mediatè, vel immediatè subiecta, homicidium animo similiter premeditato, ac deliberato patentes extendimus quoque, & ampliamus; dummodò tamen causa admisi per eos homicidij ab illorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, & ab eo, si rei reperti fuerint, citrà poenam sanguinis, ad praescriptum Sacrorum Canonum condigna puniantur animadversione. Ulteriùs ad varias Doctorum, qui ejusdem Benedicti praedecessoris mentem, quoad personas in dicta ejus constitutione comprehensas interpretari, ac explicare voluerunt, sententias, & opiniones dirimendas, declaramus, homicidij Reos natu minores viginti quinque, majores verò viginti annis, tam Laicos, quam Clericos atque omnes, & singulos, sive Laicos, sive Clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam officii occisori praeberint, ex quorum singulis

cion del sobredicho Gregorio XIV. tambien nuestro Predecesor, que empieza: = Cum alias, = en cumplimiento del Oficio Apostolico, que tenia à su cargo, por su dicha Constitucion, publicada en el año de la Encarnacion de Nuestro Señor 1725. dia 8. de Junio, que empieza: = Ex quo Divina, = excluyó, separò, y quiso, que se tuviesen por excluidas, y separadas del beneficio de la inmunidad Ecclesiastica todas las personas Legas, que con animo deliberado, y premeditado osassen matar à su proximo: = Nos, para contener la maldad, que se aumenta cada dia, de algunos Ecclesiasticos, que, sin atender las circunstancias de su propio Estado, no pocas veces incurrèn en tan execrable maldad, y aborrecible delito, adheriendo à las Constituciones de los mismos Gregorio, y Benedicto nuestros Predecesores, que arriba confirmamos, y renovamos, y en quanto sea necesario, estableciendo de nuevo, que los Reos de los delitos exceptuados en ellas de ninguna manera puedan defenderse con la Inmunidad Ecclesiastica: = Estendemos tambien, y ampliamos la misma Constitucion de Benedicto, Predecesor nuestro, que excluye del beneficio de la Inmunidad Ecclesiastica à los Legos, que con animo premeditado, y deliberado matan à su proximo, segun se ha dicho, à todos los Ecclesiasticos, de qualquier Grado, y Orden que sean, asì en la Ciudad de Roma, como en todos los Dominios sujetos mediata, ò inmediatamente à Nos, y à la Silla Apostolica, que con igual animo premeditado, y deliberado cometan algun homicidio; con tal, que de la causa del asì cometido por ellos conozca su Juez Ecclesiastico competente, el qual hallandolos Reos, proceda (fuera de la pena de sangre) à el condigno castigo, conforme à los Sagrados Canones. = Demàs de esto, para evitar las sentencias, y varias opiniones de los Doctores, que han querido interpretar, y explicar la voluntad del mismo Benedicto, Predecesor, en quanto à las personas comprehendidas en su dicha Constitucion: = Declaramos, que los Reos de homicidio, que fuesen menores de veinte y cinco años, pero mayores de veinte, asì Legos, como Clerigos, y todos, y cada uno,

ya

pravis actibus homicidium evenerit, in dicta Benedicti praedecessoris constitutione comprehensos esse, ac deinceps censei debere, eamque quatenus opus sit, ad ipsos pariter extendimus; ita scilicet, ut illorum extractio è loco immuni, atque traditio Curiae Seculari, quoad Laicos, ad ejusdem Curiae Secularis requisitionem fiat à Curia Ecclesiastica, & Clerici ab ipsa Curia Ecclesiastica ex officio omninò extrahantur juxta normam infra dicendam. Item declaramus omnes, & singulos praedictos, tam Laicos, quam Ecclesiasticos, qui in Urbe, ac ditione praefatis ex causa, & occasione homicidij, etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum inquisiti, & processati, vel in contumaciam banniti, & condemnati fuerint, dummodò homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem, immunitatis praefata beneficio minimè etiam gaudere. = Utque Reorum ratione homicidij, ut praefertur excepti Inquisitorum, seu bannitorum, & in contumaciam condemnatorum extractio ab Ecclesijs, aliisque locis immunibus, atque traditio suo cuique Judici competenti legitimis modo, & forma à Curia Ecclesiastica fiant, volumus, & ordinamus, ut quotiescumque Judici Ecclesiastico competenti innotuerit, aliquem Laicum, seu Ecclesiasticum ex causa homicidij excepti inquisitum, atque processatum, ad Ecclesiam, seu locum immunem confugisse, ibique moram trahere, ac ea super delicti qualitate, ac persona reitate subministrata, vel acquisita suspectant inditia, quae ad capturam discernendam sufficere videantur, tunc idem Judex Ecclesiasticus ex officio, ac nemine etiam requirente, si delinquens sit Clericus, sin verò Laicus, postquam à Curia Seculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem ab Ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam ad hoc, quatenus opus sit, auxilio Brachij Secularis, & cum interventu personae Ecclesiasticae ab Episcopo deputanda devenire teneatur;

5  
yà Seglarès, yà Ecclesiasticos, de los que huviesen contribuido al matador con mandato, consejo, induccion, auxilio cooperativo, ò otro favor, y ayuda, de cuyos iniquos actos, ò de qualquiera de ellos huviesse resultado el homicidio, estàn comprehendidos en la dicha Constitucion de Benedicto, predecesor, y en adelante se deve juzgar asì, y en quanto sea necesario la estendemos à ellos igualmente; pero de manera, que su extraccion del lugar immune, y entrega al Brazo Seglar, se ha de hacer, en quanto à los Legos, por el Tribunal Ecclesiastico, à requirimiento del Seglar, y à los Clerigos los ha de extraer solamente el mismo Tribunal Ecclesiastico, de officio, en la forma que se dirà despues. = Tambien declaramos, que todos, y cada uno de los sobredichos, asì Legos, como Ecclesiasticos, que en la Ciudad de Roma, y Dominios expressados fuesen indiciados, y processados, ò en rebeldia llamados por edictos, ò pregones, y condenados por causa, y motivo de homicidio, aunque sea hecho en pendencia con armas, ò instrumentos proporcionados por su naturaleza para matar, como el homicidio no sea casual, ò por la propria defensa, de ninguna manera gocen del referido beneficio de la Inmunidad. = Y para que la extraccion de las Iglesias, y otros lugares inmunes de los Reos processados, fugitivos, ò llamados por edictos, y condenados en rebeldia por causa de homicidio executado del modo dicho, y asimismo la entrega à su Juez respectivamente competente, se haga por el Tribunal Ecclesiastico en forma, y modo legitimo: queremos, y ordenamos, que todas las veces que le conste al Juez Ecclesiastico competente, que algun Lego, ò Ecclesiastico, indiciado, y processado por causa de homicidio exceptuado, se refugio à la Iglesia, ò lugar de inmunidad, donde permanece, y que sobre la qualidad del delito, y reato de la persona se encuentran los indicios, subministrados, ò adquiridos, que parezcan suficientes para determinar la prision, entonces el mismo Juez Ecclesiastico de officio sin requirimiento de otro alguno, siendo el delincente Clerigo, y siendo Lego, despues de que sea requerido por el Tribunal Seglar, estè obligado

A 3

à

extrañumque ad suos, si tuti & securi fuerint, sin minus ad Curia Secularis Carceres asportari, ibique sub tuta custodia detineri curet, & faciat. = Ubi verò ex processu informativo desuper conficiendo, quoad inquisitum nondum condemnatum, dictus Iudex Ecclesiasticus ex acquisitis, seu subministratis inditijs ad torturam tantum sufficientibus ab extracto homicidium, à prefata Benedicti predecessoris, & hac nostra constitutionibus exceptum, patratum fuisse cognoverit, ad declarationem, quod scilicet de casu ita excepto constet, progrediatur; extractumque si Laicus sit, Ministris, & Officialibus Curia Secularis, si autem Clericus, ejus competenti Iudici Ecclesiastico tradere, & consignare possit, ac debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, & consignationis hujusmodi, à Iudice quidem Seculari juramento, & ab Ecclesiastico promissione in verbo veritatis de restituendo extractum Ecclesia, locove immuni sub pena excommunicationis lata sententia Nobis, & eidem Romano Pontifici pro tempore existenti reservata, quatenus extractus in suis defensionibus, que ad tramites Iuris, & ordinationum Apostolicarum ei competunt, prefata elidat, seu diluat inditia; & si illa minimè eliserit, sive diluerit, & delinquens repertus fuerit, Iudici suo, scilicet Ecclesiastico in Clericum, Seculari in Laicum, ut Iuris esse censuerit, animadvertere liceat. = Quoties autem de jam bannito, aut in contumaciam damnato ex causa homicidij superius excepti, sive Laico, sive Ecclesiastico agetur, quilibet Iudex Ecclesiasticus, ut prefertur, competens ad illius Laici nimirum instante Curia Seculari, & Clerici ex Officio extractionem ab Ecclesia, locove immuni cum interventu quoque personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ, ac traditionem suo respectivè Iudici sicut mox, dispositum est, faciendum procedat, solamque sententiæ contumacialis, & actorum, quibus illa fundatur, exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus

à proceder; con la intervencion de alguna persona Ecclesiastica, deputada à este fin por el Obispo, à la extraccion del mismo delincente de la Iglesia, ò lugar immune, implorando tambien para esto, si fuere necesario, el auxilio del Brazo Seglar; y asì extraido, harà que se conduzca à sus Carceles, si fuessen fuertes, y seguras, y no lo siendo, à las del Tribunal Seglar, cuidando de que este preso en ellas con toda seguridad, y custodia. = Pero quando de la Sumaria, y Autos principados contra el indiciado, y aun no condenado, llegasse el dicho Juez Ecclesiastico à formar juicio por los indicios adquiridos, ò subministrados, unicamente suficientes para el tormento, que el tal extraido cometió el homicidio exceptuado, segun se previene en las referidas Constituciones de Benedicto, Predecessor, y en esta nuestra, passará desde luego à declarar, que consta en bastante forma del delito asì exceptuado, y podrá, y deberá entregar el extraido, si es Lego, à los Ministros, y Oficiales del Tribunal Seglar; y si es Clerigo, à su Juez Ecclesiastico competente, recibiendo, y tomando en el acto de la entrega juramento del Juez Seglar, y del Ecclesiastico promesa in verbo veritatis de restituir el extraido à la Iglesia, ò lugar immune, so pena de Excomunion à Nos reservada, y al Sumo Pontifice, que por tiempo fuere, para en el caso de que el extraido en sus defensas, que segun los terminos del Derecho, y Ordinaciones Apostolicas le competen, desvanezca, y dissuelva los sobredichos indicios, que resultaron contra el; pero si de ningun modo los desvaneciere, ni dissolviere, y se hallare ser delincente, podrá el Juez Ecclesiastico, si fuere Clerigo, y el Seglar, si fuere Lego, passar à castigarle conforme à Derecho. Mas todas las veces que se trate del fugitivo, ò condenado en rebeldia, sea Lego, ò Ecclesiastico, por causa del homicidio arriba exceptuado, qualquiera Juez Ecclesiastico competente, en la forma que se ha dicho, proceda à su extraccion de la Iglesia, ò lugar immune, si es Lego, à instancia del Tribunal Seglar; y si el Clerigo, de oficio, y con la intervencion de la persona Ecclesiastica destinada por el Obispo, y asì mismo à hacer la entrega à su respectivo

Juez,

dictus Iudex Ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit ad formam Constitutionum Apostolicarum pronunciare, ac declarare queat, & debeat, an bannitus, & in contumaciam damnatus consignandus veniat, necne? Exactis pariter, & receptis, quatenus consignetur, à Iudice Seculari juramento, si delinquens sit Laicus, ab Ecclesiastico verò, si fuerit Clericus, promissione ipsum, ut supra, restituendi Ecclesie, locove immuni, sub antedicta pena excommunicationis, si extractus in suis similiter defensionibus ei ad prescriptum prefatarum Constitutionum Apostolicarum competentibus nullitatem, & injustitiam contumacialis sententiæ predictæ ostenderit, sceleris inditia diluerit; quòd si id prestare nequiverit, & ex eisdem sententiæ, & actis ritè, ac rectè gestis, Reus repertus fuerit, Iudex ejus competens sententiam exequi, & quando aliquem in pena irrogata excessum deprehenderit, etiam moderari valeat: ita quòd quacumque declaratio à predicto Iudice Ecclesiastico facta in judicio Ecclesiastica immunitatis super consignatione banniti, & in contumaciam damnati, ejusque denegatione nullatenus deservire, & à nemine allegari possit in alio diverso, & separato judicio, in quo scilicet de prefata sententiæ contumacialis executione postmodum disputari contingerit, ad quem effectum dicta declaratio Iudicis Ecclesiastici perinde habeatur, ac si non emanasset, nec ullus ex indè scrupulus animo Iudicis competentis in cognoscenda, & definienda validitate, seu nullitate, justitia, seu injustitia ejusdem sententiæ contumacialis ingeratur. = Cum autem inter cetera, que in tractatu viginti sex Articulis comprehenso, ac per mutuum, reciprocamque Nostram, & Charissimi in Christo Filij nostri Philippi, Hispaniarum Regis Catholici ratificationem, ac ratihabitionem in perpetuum inter Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & earumdem Hispaniarum Regna firmato, ac constabito

con-

Juez, de la manera que queda dispuesto: y sola la exhibicion de la Sentencia dada en rebeldia, y de los Autos en que ella se funda, determinamos sea suficiente, para que reconociendo el dicho Juez Ecclesiastico unicamente en vista de ellos, si la tal sentencia dada en rebeldia fue justa, y legitimamente proferida, segun la forma de las Constituciones Apostolicas, pueda, y deva pronunciar, y declarar si el fugitivo, y condenado en rebeldia deva, ò no entregarse, tomando igualmente, en caso de hacerse la entrega, juramento del Juez Seglar, si el delincente es Lego, y promesa del Ecclesiastico, si fuere Clerigo, de que le restituiràn à la Iglesia, ò lugar immune, como se ha dicho, baxo la expresada pena de Excomunion, si el extraido asì mismo en sus defensas, que le competen conforme à las referidas Constituciones Apostolicas, mostrasse la nulidad, è injusticia de la mencionada sentencia dada en rebeldia, y desvaneciese los indicios del delito, lo qual si no pudiere conseguirlo, y resultare Reo por la misma sentencia, y Autos bien, y legalmente substanciados, podrá su Juez competente executar la sentencia, y tambien moderarla quando hallasse algun exceso en la pena impuesta en ella: de fuerte, que qualquiera declaracion hecha por el sobredicho Juez Ecclesiastico en el Juicio de la Inmunidad Ecclesiastica, sobre la entrega del fugitivo llamado por edictos, y condenado en rebeldia, no pueda servir, ni alegarse por ninguno en otro diverso, y separado Juicio, en que acontezca despues disputarse de la execucion de la referida sentencia dada en rebeldia, para cuyo efecto la dicha declaracion de el Juez Ecclesiastico se ha de reputar del mismo modo, que si no huviera sido pronunciada, sin que por esso le quede ningun escrupulo al Juez competente en el conocimiento, y determinacion de la legitimidad, ò nulidad, justicia, ò injusticia de la misma sentencia dada en rebeldia. = Y como entre otras cosas contenidas, y ajustadas en el Concordato compuesto de veinte y seis Articulos, hecho, y establecido con mutua, y reciproca ratificacion nuestra, de nuestro muy amado en Christo Hijo Phelipe, Rey de las Españas, y ratihabicion para siempre entre esta

San-

contenta, & concordata fuerunt, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die XII. currentis mensis Novembris expeditis Literis uberius continetur, illud quoque concordatum fuerit, ut dispositionem prædictæ Constitutionis nostræ superius insertam, etiam ad Hispaniarum memoratarum Regna, in quibus homicidia frequentissima quoque sunt, extendere, & ampliare de Apostolica benignitate dignaremur.

— Nos igitur ad tam exitiale, ac detestabile homicidiorum flagitium, quantum cum Domino possumus, propulsandum, exterminandumque advigilantes, prædictam Constitutionem pro universa, ut præmittitur, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ ditione à Nobis factam, quoad præinserta in his præsentibus Literis respectivè ad prædicta Hispaniarum Regna, Apostolica auctoritate, motu proprio, tenore præsentium extendimus, & ampliamus, atque deinceps omnino, ac inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

— Volumus tamen, ut sicut in nostra ditione Ecclesiastica sola sententia contumacialis, & actorum, quibus illa fundatur exhibitio, ad hoc sufficiat, ut dictus Judex Ecclesiasticus, ex illorum inspectione dumtaxat agnito nùm sententia contumacialis legitimè, justèque prolata sit, ad formam Constitutionum Apostolicarum, pronuntiare, ac declarare queat, & debeat, an bannitus, & in contumaciam damnatus consignandus veniat, necne? ita pariter pro Regnis Hispaniarum sola sententia contumacialis, & actorum quibus illa fundatur exhibitio, ad hoc sufficiat, ut Judex Ecclesiasticus, ex illorum inspectione dumtaxat agnito nùm sententia contumacialis legitimè, justèque prolata sit ad formam Legum, & statutorum eorundem Regnorum Hispaniarum, pronuntiare, ac declarare queat, ac debeat, an bannitus, & in contumaciam damnatus consignandus veniat, necne. — Decernentes easdem presentes Literas, & in eis contenta quecumque semper, & perpetuò firma, valida, & efficacia existere,

Santa Apostolica Silla, y los dichos Reynos de España, de la manera que mas plenamente se contiene en nuestras Letras poco ha expeditas en semejante forma de Breve en el dia 12. del corriente mes de Noviembre, se convino tambien, que nos aviamos de dignar, por benignidad Apostolica, de estender, y ampliar à los Reynos de España, en los quales son del mismo modo frequentissimos los homicidios, la disposicion de nuestra citada Constitucion arriba inserta, segun en ella se contiene: — Nos, pues, atendiendo en quanto podemos con el Señor à desterrar. y exterminar tan perjudicial, y abominable delito de homicidios, de nuestra auctoridad Apostolica, motu proprio, y por el tenor de las presentes Letras, estendemos, y ampliamos la referida Constitucion por Nos hecha para todos los Dominios de la Santa Romana Iglesia, en todo lo antecedentemente inserto, à los Reynos de España respectivamente, y ordenamos, y mandamos, que en adelante se observe, y guarde en ellos entera, è inviolablemente. — Queremos asimismo, y mandamos, que assi como en nuestros Dominios Eclesiasticos la sola exhibicion de la sentencia dada en rebeldia, y de los Autos en que ella se funda es suficiente para que reconociendo el dicho Juez Eclesiastico unicamente en vista de ellos, si la sentencia en rebeldia fue justa, y legitimamente pronunciada, segun la forma de las Constituciones Apostolicas, pueda, y deva declarar si el fugitivo condenado en rebeldia se aya de entregar, ò no: de la misma suerte en los Reynos de España sola la exhibicion de la sentencia dada en rebeldia, y de los Autos en que ella se funda, sea suficiente para que el Juez Eclesiastico, reconociendo unicamente, en vista de ellos, si la sentencia en rebeldia fue justa, y legitimamente pronunciada conforme à las Leyes, y Establecimientos de los mismos Reynos de España, pueda, y deva declarar, y determinar si el fugitivo condenado en rebeldia se deva, ò no entregar. — Determinando, que las presentes Letras, y cada cosa de lo en ellas contenido, sea, y permanezca perpetuamente firme, valido, y de total eficacia, surta, y tenga su completo, y plenario efecto, y se observe exactissimamente por

& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectavit, plenissimè observari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causam Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, eorundemque Cardinalium Congregationes, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: — Non obstantibus præmissis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque prædecessorum nostrorum Literis, Privilegiis, Indultis, & Facultatibus quibusvis etiam dictis Cardinalibus, eorumque Congregationibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriis derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, vel alijs quomodolibet in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis, & innovatis. — Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujus-

todos, y cada uno de aquellos à quien pertenece, ò puede pertenecer en qualquier tiempo: y en esta forma, y no de otra manera, se ha de juzgar, y determinar en lo expresado por qualquiera Jueces Ordinarios, y Delegados, y tambien los Auditores de las Causas del Sacro Palacio Apostolico, y los Cardenales de la Santa Romana Iglesia, aunque sean Legados à Latere, y por las Congregaciones de los mismos Cardenales, y todos los demás de qualquiera preeminencia, y potestad que sean, y fueren, privandoles, y à cada uno de ellos, de la facultad de opinar, è interpretar de otro modo; y si alguno sobre este asunto, con qualquiera auctoridad, advertida, ò inadvertidamente, intentasse hacer lo contrario, desde luego lo declaramos nulo, irrito, de ningun valor, ni efecto: — Sin que à lo arriba dispuesto obsten, ni embaracen otros Ordenamientos, y Constituciones Apostolicas, especiales, ò universales, promulgadas en Concilios Generales, Provinciales, y Synodales, aunque estèn afianzadas con juramento, confirmacion Apostolica, ò otra qualquiera firmeza, como ni tampoco los estilos, usos, y costumbres, aunque sean inmemoriales, ni las Letras, Privilegios, Indultos, y Facultades qualesquiera, tambien las dadas à los dichos Cardenales, y sus Congregaciones, no obstante que sea el tenor, y forma de las palabras el que fuere, y contenga todo genero de clausulas, y las derogatorias de derogatorias, y otras singulares, por mas eficaces estechas, rara vez oidas, è irritantes que sean, ni otros Decretos, aunque huviesen procedido de motu proprio, cierta ciencia, plenitud de potestad consistorialmente, ò que de qualquiera otra manera se ayan concedido, confirmado, y renovado en contrario de lo antes referido. — Todas las quales, y cada una de ellas, no obstante que para derogarlas se huviesse de hacer especifica, y expresa mencion de todo su contexto, palabra por palabra, y no por clausulas generales, aunque significassen lo mismo, ò que se huviesse de hacer otra qualquiera expresion, ò que se necesitasse de alguna determinada formalidad, teniendo por plena, y suficientemente expresados semejantes con-

*modi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, presentibus pro plenè, & sufficientè expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialitèr, & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. = Volumus autem, ut lapsis viginti quinque diebus, postquam presentes Literæ per earundem Hispaniarum Regna ab Ordinario nostro, atquè Apostolica hujus Sanctæ Sedis in iisdem Hispaniarum Regnis Nuncio publicatæ fuerint, omnes, & singulos in præfatis Regnis existentes perindè arètent, ac si unicuique eorum personalitèr, ac nominatim intimatæ fuissent, ut quæ ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extrà illud ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Roma apud Sanct. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, & die XIV. Novembris M. DCC. XXXVII. Pontificatus nostri anno octavo. Pro Domino Cardinale Oliverio, Cajetanus Amatus.*

*El Doctór Don Juan Antonio Perez de Arellano, por la gracia de Dios, y de la Santa Silla Apostolica, Obispo de Casia, Sufraganeo de Toledo, del Consejo de su Magestad, &c. certifico, que la presente copia, y traslado impresso en lengua Latina, y traducido en idioma Castellano, conviene en todo con las Letras originales expedidas por su Santidad; y para que judicial, y extrajudicialmente hagan fe como en ellas se previene, lo firmè, y sellè con el Sello de mis Armas en Madrid à cinco dias de Marzo, año de mil setecientos y quarenta. -- Juan Antonio, Obispo de Casia.*

Lugar ✠ del Sello.

textos, como si palabra por palabra, sin la menor omisión, y observada la formalidad prevenida, se especificasen, è insertasen en las presentes, dexandolas para otros efectos en su fuerza, y vigor, las derogamos expresa, y especialmente para todo lo arriba dispuesto por esta sola vez, como tambien qualesquiera otras, que huviesse en contrario: = Queremos finalmente, que passados veinte y cinco dias despues de que nuestro Ordinario Nuncio, y de esta Santa Silla Apostolica en los Reynos de España, aya publicado en ellos las presentes Letras, obliguen à todos, y cada uno de los residentes en los expresados Reynos, de la misma manera, que si se les notificassen à cada uno de ellos en su persona, y por su proprio nombre; y que à los traslados, ó exemplares de estas nuestras Letras, aunque sean impresos, como estèn firmados de algun Notario Publico, y autorizados con el Sello de alguna Persona Eclesiastica constituida en Dignidad, se les de en todas partes la misma fee en Juicio, y fuera de èl, que se daría à las presentes originales, siendo exhibidas, ó mostradas. Dado en Roma en Santa Maria la Mayor, debaxo de el Anillo del Pescador, en el dia 14. de Noviembre de 1737. y de nuestro Pontificado el año octavo. Por el Señor Cardenal Oliverio, Cayetano Amado.